



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

373. Die S. Stephani. De triplici præsidio servandæ Puritatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

ram Patris, illic & Minister Christi futurus est. Talia videbat Stephanus, & lapides torrentis ei dulces fuerunt.

Conf. 3. An non & ego quidquid adversum lætè perferre debeam, qui non lapide, sed pane de cælo descendente nutrior, & Christificor, de quo Tertullianus Apolog. c. 15. ait, quòd sit *Clypeus Solis*, id est, Christi, quem fuit amplexus ante pugnam mortis.

MEDITATIO CCCLXXIII.

Die S. Joannis.

De triplici presidio servande

Puritatis.

Aspiciam tres Classes hominum, triplicem mansionem integritatis Virginalis habentium. Petam eos assequi.

Conf. 1. Primam classem virorum Apostolicorum, qui suspecta fugiunt, non suspecta rationabiliter admittunt, tentati viriliter certando vincunt, vel poenitètia delent.

Conf. 2. Alteram classem eorum, qui etiam non suspecta declinant, & in eam servitutem corpus redigunt, ut videatur impossibile esse, ut spiritui resistat, è quorum numero fuit D. Joann. Baptista, & complures alij viri spirituales.

Conf. 3. Classem tertiam eorum, qui à Domino præventi omnem labem natura-

lites

litter horrent, quandoque tamen afflicti heroice depugnant: sunt tamen maximi in humano affectu vincendo, ut Joan. Evangelista, cujus puritas est maxima; sicut majus est flammis involutum non uri, quam in eremo sedere solitarium, & ab omni affectu remotum. Adeo dissimilis pretij est virtus impugnata à non impugnata. Plura in hunc sensum in Vita S. Gertrudis lib. 4. cap. 4. Verum, ne hic presumptio, & temeritas quidquam agat, & ego tunc non victor evadam, omnis illa amicitia humana, cujus advertere potero causam, & fundamentum non esse Deum, tam necessario super omnia mihi fugienda, quam virus cavetur lethale, ne insinuatione sui cor attrahat & vitiet. Hinc enim omnis est lapsus origo. Ad obtinendum hoc magnum donum, ad sacratissimam Eucharistiam accedam, de qua ait D. Chrysostr. in Psalm. 22. *Paratur hac mensa adversus cupiditates & delectationes.*

MEDITATIO CCCLXXIV.

Die SS. Innocentium.

De 7. Visitationibus D. IESU, & nocte bene transigenda.

Aspiciam Dominum visitantem Ægyptum. Petam visitationum D. JESU particeps fieri,

Conf